



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118332**

§. 63. Pacis consilia a Rege Angliæ acceptata

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66459)

**Sæcl. IV.** ipse Angliæ rebelles, ac Lancastrienſis  
**A.C. 1475** factionis capita ſuo muniret præſidio;  
 inde vero Angliam longe gravioribus,  
 quam hucusque in Francia eſſent, tumultibus involvi poſſe. Jam aliunde Eduardum tantis, tamque profuſis ſumptibus exhaustum eſſe, ut eos ſibi a ſuis foederatis unquam compenſari, vix ulla ſpes ſupereſſet; Burgundiæ ac Britanniæ Duces Eduardo, poſtquam eum affiduis, tamque validis precibus ad tentandam in Gallias irruptionem induxiſſent, datam ſefelliſſe fidem, nec Eduardum poſthac ſanctioris fidelitatis religionem de eis ſperare poſſe. Tandem ſubjunxit, ſi cuncta hæc momenta juſta & æqua haberet Eduardus, Ludovicum XI, quantum in ipſo eſſet, ad componendam pacem primas acturum partes, ac de loco, ubi utriusque Nationis Deputati convenirent, communi conſilio conſultare, illum omnino paratum eſſe.

## §. LXIII.

*Pacis conſilia a Rege Angliæ acceptata.*

**Commin. l. 4.** Cum Senatus Anglicus cuncta a Feciali  
 6.7. proliſi propoſita unanimi conſilio rata haberet, quantocius pro Deputatis utrinque publicæ ſecuritatis literæ dabantur, atque utriusque Regis Oratores altera poſt acceptas

ceptas hasce literas die in quodam op-  
 pido prope Ambianum congregiebantur. Sæcul. XV.  
A.C. 1475.  
 Aderant Ludovici XI. nomine Borbonius  
 Nothus supremus Gallicæ classis Præfe-  
 ctus, Admiralis, Sanpetrius, & Ebroi-  
 censis Episcopus, qui Herberga vocaba-  
 tur. Pro Angliæ Rege accesserant Ha-  
 wartus, alius quidam nomine Chalan-  
 gerus, & Mortonus Doctor, qui postea  
 Angliæ Cancellarius, & Cantuariensis  
 Archiepiscopus renunciatus est. Sub pri-  
 mis congressus auspiciis Angli quasdam  
 pacis condiciones præscribebant extra  
 modum superbas, ac inter ceteras Eduar-  
 do totum Galliarum Regnum, aut sal-  
 tem Aquitanniam & Normanniam resti-  
 tuti petebant.

## §. LXIV.

*Articuli pacis Gallias inter & An-  
gliam.*

Ast Angli, utroque Rege pacem impen-  
 sius peroptante, brevi ad mitiora de-  
 scendebant consilia, & inter præcipuas  
 concordiaæ leges utrinque sancitum, ut Lu-  
 dovicus in Anglici exercitus stipendium,  
 ac belli sumptus Angliæ Regi septuaginta  
 duo aureorum millia numeraret; vicissim  
 Delphinus Franciæ Eduardi filiam tum  
 nonnisi tres annos natam in uxorem acci-  
 peret, illa vero solidis novem annis us-  
 que

*Till. in tract.  
Frans. &  
Angl.*